



Disputatio medica inauguralis de medicamentorum noxis

<https://hdl.handle.net/1874/347319>

51.

DISSERTATIO MEDICA
INAUGURALIS
DE
MEDICAMENTORUM
N O X I S ,

Q U A M ,

AUSPICE DEO OPT. MAX.

Ex auctoritate Magnifici D. Rectoris,

D. HERMANNI van HALEN,

S.S. Theologiae Doctoris, ejusdemque Facultatis in inclyra Academia
Trajectina Professoris Ordinarii, Verbique Divini ibidem in
Ecclesia Praeconis,

N E C N O N

Amplissimi Senatus Academicorum consensu, Nobilissimeque

Facultatis MEDICÆ Decreto

Pro supremis in MEDICINA honoribus consequendis

Publico examini subjicit

JOANNES GEORGIUS STEIGERTHAL, Nienburgenfis
Ad diem 20. Februarii, horis, locoque solitis.



TRAJECTI ad RHENUM,

Ex Officina FRANCISCI HALMA, Academiæ
Typographi, clc lcc xc.

LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARIES

THE UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARIES
SERIALS RECEIVED

IN THIS ISSUE

DISSERTATIO MEDICA
INAUGURALIS,

D E

Medicamentorum Noxis.

T H E S I S I.



Videns interdum sanitatis & vitæ periculum in salutem vergit humanæ miseriæ & ægrotantium emolumentum ; sæpius tamen ex ipso salutis fonte præsentissimum hauritur venenum , nec nisi raro accidit , (a) de Utiquod suis exemplis profitentur Prometheus Theßalus apud Plutarchum (a), (b) Hist. Ptolemæus Philadelphus apud Plinium (b), natural. Phereus Jason apud Valerium Maximum (c), Architectus ille apud Benivenium (d), Epilepticus apud Donatum (e), Vertiginosus apud Loxium (f), Cœcus apud Alexandrum Benedictum (g), Surdus apud Bonifacium (h), Leprosus (d) apud Galenum (i), Paralyticus apud Franciscum Valesium (k), Hydropicus apud Fr. Rossetum (l), aliique apud Marcellum (m), Fabricium Hildanum (n) & Bartholinum (o), quibus omnibus certum , ut credebatur , exitium certius attulit remedium. Quam optandum foret , ut simili modo omnes Medicorum infelices incauta manu exhiberetur remedii , illud omne in subsidium veniret Procemio. adversæ valetitudinis , aut saltem instar Achillei teli , quâ Vulnerat , hac ipsa cuspide ferret opem.

(a) de Utiquod suis exemplis profitentur Prometheus Theßalus apud Plutarchum (a), (b) Hist. Ptolemæus Philadelphus apud Plinium (b), natural. Phereus Jason apud Valerium Maximum (c), Architectus ille apud Benivenium (d), Epilepticus apud Donatum (e), Vertiginosus apud Loxium (f), Cœcus apud Alexandrum Benedictum (g), Surdus apud Bonifacium (h), Leprosus (d) apud Galenum (i), Paralyticus apud Franciscum Valesium (k), Hydropicus apud Fr. Rossetum (l), aliique apud Marcellum (m), Fabricium Hildanum (n) & Bartholinum (o), quibus omnibus certum , ut credebatur , exitium certius attulit remedium. Quam optandum foret , ut simili modo omnes Medicorum infelices incauta manu exhiberetur remedii , illud omne in subsidium veniret Procemio. adversæ valetitudinis , aut saltem instar Achillei teli , quâ Vulnerat , hac ipsa cuspide ferret opem.

A 2

(m) Hist. mirabil. lib. III. c. vi. (n) Part. i. obs. 29. & p. 2. obs. 8. (o) Cent. II. c. 8.

II. Hi (l) Sect. III.

c. 3.

(l) lib. xi. de

cujuſvis medicamenti consideratio ; ipsa denique mala applicatio ſimpl. med.

& tractatio , ut optimæ quandoque medicamenta corpori humano facult. c. I.

(k) lib. 2. observat.

(g) De cor-

poris mor-

tis lib. III. in

Procemio.

(h) Hist.

Judicr.

I. xiv. c. 14.

4 DISSERTATIO MEDICA

I I.

Hi etenim modi sunt potissimum, ex quibus tot infasti medicamentorum profluunt successus, & ex quorum ignoratione culpa commissa in innocua rejicitur medicamenta; ut non desint hodierno seculo, qui remedia modo non omnia, præsertim Chemica, tanquam præsentissima venena respuant, & ad Medici Chemici ingressum, velut ad mortis ministerium comparantis, sine ratione contremiscant. Verum vulgus hoc modo medicamenta abominatur, illique, qui modos nocendi non concipiunt, vel virtutes ipsorum remediorum ignorant. Quâcunque enim ratione experta medicamenta vocaveris toxicæ, sive quod à ventriculo, intestinisque subigi nequeant, sive quod ipsi massæ sanguineæ minus recte assimilantur, sive quod effectus edant insolitos, horrendos & ipsam quandoque mortem inferant; haut dissimili modo ipsa alimenta &, quibus quotidie vescimur, ciborum condimenta immoderato aut perverso usu venenorū induere naturam facile probabo: Quam multa appetimus nutrimenta, quæ à ventriculo male subiguntur; nec omne à vasis recipitur, quodcunque gula abliguit; datur etiam aliquid intestinis crassis. Imo plurima, quæ in sanguinem pertransiunt, non ipsi sanguini assimilantur, aut in nutrimentum cedunt, sed nonnulla cum urinis, tanquam inutile excrementum eliminantur. Unum panis frustulum, minus caute assumptum viam respirationi aliquando præclusit, mortemque attulit; Unicus haustus frigidæ cerevisiæ æstate præterita Amstelodami vetulam è medio sustulit; Crocus, quo in nonnullis locis omnes fucantur dapes, suis effluviis accumbentem famulam extinxit (a). Sicuti autem alimenta caute & ad pondera cum Sanctorio assumta neminem occident; ita & dexter medicamentorum usus nemini vitam abruppet. Imo venena ipsa in aliquibus erunt medicine, ut Galenus loquitur (b), nec modo ipsam valetudinem integrum & fartam tectam conservabunt, sed

(a) Borell. Cent. III. obs. 35.

(b) de med. expert.

(c) V. Tho- nerus, Cha- ras, quarum attacku nonnulli semianimes stupent, in alimentum cederas, Redi, Abbatius, aliisque de viperis.

adversam quoque feliciter restituent. Jam in vulgus notum est, viperinæ, Antimonium crudum, quod in Gallia velut *artimoine* dictum nonnulli volunt, caute exhibitum Jeprosos in Nosocomio Londinensi curavit plurimos. Mercurius sublimatus, quem gliribus & muri-

bus

INAUGURALIS.

bus fugandis, enecandisque exhibent matresfamilias, ad tria grana, aquæ fontanæ unciis sex vel septem dilatus navalem plebem in Anglia ante quadraginta circiter annos feliciter à febri epidemica gravissima liberavit. Spiritus salis, nitri, vitrioli maxime corrosivi & ferrum consumentes ventriculo sunt gratissimi & multum ad morbos quam plurimos curandos conferunt. Ita dextera Medicorum manus Helleborum, cicutam & ipsa Chemicorum toxica in salubria vertit medicamenta, ut cum Martiali de hisce venenis asseverare audeam:

Virus habe! nos hoc dicimus esse nihil.

III.

Non diffiteor tamen & majorem noxam & faciliorem lapsum in exhibendo medicamento esse, quam alimento; siquidem alimenta ut plurimum sano & bene constituto corpori, labascenti & vacillanti offeruntur medicamina; Alimenta quod nutritiis abundant particulis, excessum sœpe non habent, nisi in maxima quantitate, quam fastidens ipse ventriculus respuit; medicamenta paucas vel nullas nutriendi vires possident & ut uni morborum indicationi melius inserviant, Chemica ope illæ ex mixtis separantur particulæ, quæ virtutem huic vel illi indicationi appropriatam aut occultant aut impediunt. Nutrimenta quando sui excessu molestias creant, longiori mora in corpore suas ludunt tragedias, ut tempus quandoque concedatur restituendi noxas; à nimia vero medicamentorum quantitate subitaneum magis imminet periculum & in optimis quibusve Chemicis, quæ felicissimos parva dosi monstrant effectus, interdum deprehenditur: quod eadem festinatione mortem accelerent, qua sanitatem & vitam restituunt.

IV.

Quoniam itaque medicamenta in se spectata sunt innoxia, hinc non immerito damnum male administrantis & tractantis culpæ debetur. Illud autem ratione ipsius morbi facile ab empiricis perpetratur, omnibusque illis, qui morbos ex nomine dijudicant.

6 D I S S E R T A T I O M E D I C A

sive ex ignorantia hoc eveniat naturalis corporis constitutionis & hinc malâ collatione facta cum præternaturali , sive ex ipso causarum , symptomatum & circumstantiarum aliarum neglectu , sive alio quocunque modo contra methodum procedatur . Et hinc pessime haut raro illi sibi consulunt ægri , qui Medicinæ studium ignorantes , affectus suos ex libris querunt & simulac unicum quoddam symptoma reperiunt , quod à suo non multum ab ludere sentiunt , aut se sentire imaginantur , illico sese & morbum & remedia invenisse existimant ; ut quam sèpissime perverso hoc medendi modo naturæ vim inferant & semetipcos in majus præcipitent periculum . Spectat huc quoque neglecta ægrotantium ætatis , sexus , viriumque consideratio , quæ , morbo quamvis ex asse cognito , ipsam tamen medicamentorum applicationem haut raro variat . Hinc enim est , quod toties cathartica , quamvis indicata noceant , ubi scilicet humorum diversitas & motus non rite dijudicantur , vel ubi quid tentatur in corpore , non attenditur ad varias alias circumstantias . Sic unicum vomitorium mortem attulit Medico phthi-
fisco , cum educendæ primarum viarum faburræ unice esset inten-
tus , nec reflexo oculo tabidos suos & à pure exesos pulmones
respiceret (a) . Ita in dysenteria , Medicis unice ad dolores miti-
gandos respicientibus , narcoticorum usus occidit plurimos ; nec
unicum evafisse , quibus laudanum sicut exhibitum in illo fluxu ,

(a) Tul-
pius obf.
xiv. l. ii.
(b) lib. iii. ex Th. Minadoo Medico Italo refert Thonerus (b). Ita virgo
obf. viii.
(c) xxxviii
lib. iii.

illa apud Loffium , cum ad dentium dolorem à semine staphidis agricæ masticato sibi peteret auxilium , dolores quidem mitigavit , sed morte finivit (c) . Tantum nocet cautelarum practicarum igno-
rantia , cui sèpe quidem ratione & circumspecto judicio Medici-
tur obviam , optime tamen ipsa occurritur aliorum Practicorum
experientia & hunc in finem legi merentur Septalii , Joannis Rhodii ,
aliorumque animadversiones & cautiones medicæ , quibus
plurimæ cautelæ ad praxin facientes fideliter recensentur .

V.

Morbo autem bene cognito , quamvis medicinam inuentam inutent Medici ; tantum tamen haut raro fallit perversa medicamen-
ti cognitio , ejusque virium dijudicatio , quantum ipsa morbi igno-
rantia .

rantia. Temerarius plane ausus est , ubi quis novis & excogitatis remediis in humano corpore experimenta facit , aut tantum suo fudit ingenio , ut quicquid illud dicitet , velut ab \mathbb{E} sculapio inspiratum improvide adhibeat. Nec propterea anxie ego efflagito magnas illas , quas Chemici jactitant panacæas , neve desidero magna illorum arcana , quæ ipsi venditant in conficiendis philosophorum lapide , sale tartari volatili , quod singulari modo ex fixo Tartari sale prodit , similibusque aliis. Non revocabo nunc ad examen ipsos processus , & quidem de Sale Tartari , non disquiram , an fixæ illius particulae volatilitate donari possint ; hoc tamen credo , frustaneos hactenus eorum esse conatus , qui additis Alumine , Sale ammoniaco , aliisque Sal. volatil. occultantibus purum Sal Tartari volatile eruere allaborant , cum quicquid eliciunt , vix Salis Tartari nomen mereatur , sed additis Salibus adscribi debeat. Verum quamvis aliquis enchires alia salvolatile urinosum ex ipso sale fixo separet , haud aliter tamen procedere videtur , ac si quis , volatilia ex vegetabilibus aut animalibus expertens , incineratione prius facta sal fixum pararet , & ita , volatileioribus particulis in auram fugatis , ex hoc iterum sal volatile quereret. Quam incassum etiam multi sua bona dilapidarint , ut Sapientum invenirent lapidem , nemini non ignotum erit. Et fessellit hactenus illos ex igne Philosophos universalis medicinæ arcanum & falsi adhuc fuere , qui ad probandum inventi lapidis veritatem in aurum putum metalla reliqua commutare studuerunt.

(a) Sane quamdiu metalla singula solutio-
nibus & calcinationibus naturam nec mutant nec extensionem , non
concipio , quomodo leviores , grandiores tamen stanni , ferri , cupri ,
argenti & plumbi moles in ponderosam & parvam auri extensionem
possint redigi. Constat enim experimentis , in eadem extensione
auro plumbum esse levius $1\frac{15}{28}$ partibus , argentum $1\frac{26}{31}$, cuprum
 $2\frac{1}{9}$, ferrum $2\frac{2}{8}$, & stannum $2\frac{21}{37}$ partibus ; Quæ inæqualitas an-
tequam nec igne , nec menstruo alio sufflaminari poterit , tamdiu ,
metalla cætera , licet colore speciosum aurum referant , pro puro probandi
& puto tamen auro nemo habebit. Similis farinæ aut potius fur-
furis sunt illa etiam arcana , quibus pro lubitu nonnulli Archeos
suos domare , ac ipsos nostri corporis spiritus immediate exercere
contendunt ; Ne ira quidem , aut levior adhuc affectus medica-
mento

(a) Vid.
Tacche-

nius in H.

C. de fal-

lacia Clavi-

Florentini

& depluri-

bus aliis

Modestinus

Fasche in

lib. de arte

metalla.

8 D I S S E R T A T I O M E D I C A

mento cedit , nec experientia satis probat , quod philtorum usus tantum proposit ad affectus conciliandos , ut illi in certum inclinent subjectum ; Commoda Philtrorum apud fideles Observ. scriptores nunquam legi , noxas autem vide apud Loffium lib. 1. obs. xviii. Minime interea improbo sedulos aliorum conatus , quos ad nova experimenta invenienda impendunt alii ; iis enim debemus & magnis eorum Autoribus , quod nostri ævi Medicina Veterum curationes longe antecellat ; neque nunc est , quod metuas eorum medicamentorum noxas , quæ Majoribus nova fuere ; modo caute exhibeantur & ut decet , bene præparentur . Mala enim præparatio expertissimis etiam medicamentis felices denegat successus , & hæc est causa , quod de sulph. Antim. vomitivo Glauberi conquerantur Practici , toties dosin prius esse explorandam , quoties illius iteratur præparatio . Quæ tamen propterea variat , quod una vice plus reguli in scoriis , ex quibus conficitur , relinquatur , quam alia ; quemadmodum Chemiæ peritis notum est , totum fere mixtum pro regulo antimonii in scorias abire , si hauc sufficientem Salis Tartari , aut Nitri addas portionem . Hinc pariter antimonium diaphoreticum excitat vomitus , si quod lateribus adhæret crucibuli , nec satis cum salibus deslagravit , simul abraditur & commiscetur , vel si tripla illa Nitri proportio una vice in crucibulum ingeritur , nec satis diu in igne candet . Plura exempla de noxis medicamentorum ex mala præparatione & aliis erroribus in officinis commissis referunt Lissetus Benancius de declaratione fraudum & errorum apud Pharmacopæos commissorum & Hoffmannus de usu & abusu medicamentorum Chemicorum ; confer etiam Thonerum observationum lib. p. 34. 186. & epist. 20. lib. vj.

V I.

Remediis autem optime præparatis , usuque probatis sua est noxa , quando quis vires ab aliis expertas ignorat ; sive ipse eas non attendat , sive male aut minus recte communicatas habeat , veluti pessime agunt illi , qui viribus haud expertis aut falso traditis cum Plinio , Mizaldo , Weckero , Salmutho , Zacuto Lusitano , aliisque fallunt alios . Nonnunquam & probi Observatores non debite attendunt ad me-
dica-

A I N A U G U R A L I S . ,

dicamentorum efficaciam & hinc saepe effectum uni medicamento adscribunt, qui alteri vel nulli debetur; unde evenit, ut eadem ab aliis iterata votis Medicorum non respondeant. Quis credet Thotero (a) Hystericam granis vj. lapid. bezoart. adeo refocillatam & à mortis periculo liberatam; cujus aliquando drachmas Lindanus sine successu exhibuit & quem non nisi ad drachmam datum notabilem habuisse effectum refert Boccone, (b) Quis Platero (c) subscribet in ventris doloribus, aquam in qua cervi virga fuit abluta, tam commendatarum esse virium. Quis aliis fidem habebit, tantum stricti gladii praesentiam, quo quis confossus fuit, parturientibus proficere. Sunt in hoc numero etiam amuleta alia, inter quae plurimorum vires magis commendantur, quam experientia ipsa comprobantur. Consule integrum tractatum, quem Wolfius nuperri-
me de Amuletis divulgavit.

V I I.

Interdum ipsæ vires à bonis & expertis Practicis communicatae nomine qualitatum primarum occultantur & ignotæ sunt; ut haut raro fallantur ii, qui vel calido affectui calidum applicant remedium, frigido frigidum & ita juxta Hippocratis effatum similia similibus curare annituntur. Camphora optime diluta oculorum tollit inflammationem; integrum autem ejus frustulum oculi palpebris conclusum inflammationem quandoque induxit. Nitrum ad refrigerandum exhibitum magis excitavit venerem, aliis contra corporibus orgasmum quidem extinxit, sed impotentiam induxit. Spiritus Nitri, qui pro summo refrigerante habetur, minimâ sui guttulâ oculos inflammabit. Ita idem medicamentum contrarios sortietur effectus; frigus, caloremque producit, prout hoc, illove modo applicabitur. Imo ex sola liquorum quorundam, ad tactum frigidorum confusione tantus calor excitari potest, ut flamma emicit, quæ stupam impositam incendio consumat. Generalior itaque hæc est medicamentorum cognitio, eamque longe superant secundæ qualitates bene attentæ, ut illi bene sibi consulant, qui vires medicamentorum intimius inquirunt, aut saltem, veluti Hippocrates (a) lib. de veter. Medic. in morbis considerat, quod salsum & amarum & dulce & acidum &

B

acer-

40 D I S S E R T A T I O M E D I C A

acerbum & insipidum, aliaque sexcenta; codem prorsus modo medicamentorum facultates examinant, quibus ejusmodi occurrant humoribus & ipsam sanitatem restituant.

VIII.

Facile proinde cedunt omnia illa Specifica remedia antipodagrifica, antpileptica, cordialia & similia illis medicamentis, quorum exactior ratione secundarum qualitatum est cognitio; neque toties nocerent generalia illa nomina, si ipsæ vires specificorum magis indagarentur, & quo modo effectus suos edant, examinarentur. Sæpe idem cataplasma antipodagricum ab uno ægro laudatur, culpatur ab altero; prout ipsi corporis humores sunt dispositi. Cinnabaris, quæ in epilepsia summum est remedium, in quibusdam epilepticis majores excitavit paroxysmos. Rhabarbarum, quod in dysenteria ita probatur, sæpe in perniciem ægri fuit exhibitum. Lapis prunellæ in illo affectu, à quo nomen habet, magis sæpe in tumorem egit ipsas glandulas & spiritui salis ammoniaci multum quandoque cessit. Carminativa illa anisi, caruique olea, primis viis repletis, majorem copiam flatuum produxere, majoresque anxietates excitarunt. Cordialia spirituosa illa, quæ in animi deliquiis tot laudibus evchuntur, non raro male cedunt & maxime errat ille, qui eadem alexipharmacæ in omni peste, morbisque pestilentialibus exhibit. Majorem itaque cautionem ad sui usum ab exteris asportata requirunt medicamenta, firmiterque sum persuasus, me consultius facturum, si speciosis illis nominibus & novitate gratioribus: Febrisfugo succo Belilli, quem nonnulli pro piseis cuiusdam habent sanguine; si antidysentericæ radici Bequeli, vulnerario Gummi Racassiere, aliisque præferam ea, quæ magis nota & ab aliis probata sunt. Non, raro enim contingit, ut extraneæ hæc usu ipso magis vilescant & uti nunc granis Tilli purgantia ex Jalapio, foliis fennæ &c. longe præferuntur, itavero ne nova illa radix Nissi, quam tantum ad vitam producendam fama fert, similem olim fortunam experiatur, quam nunc arboris vitæ, cedri & similiū extracta habent specifica.

(a) lib. II. c. 3. Quis hodie arbitrabitur, quod teste Athenæo (a) tradit Aristoxenes, eos sine morbo victuros, qui melle semper in prandio vescuntur.

INAUGURALIS.

tur. Quis credet Lyco, judicanti Cyrius propter mellis quotidianum usum vitæ diuturnioris fuisse. Quis Rhodigino fidem habebit, Democritum vitam ipsis sacris cerealibus solâ mellis evaporatione produxisse. Interea usum Specificorum nonnullorum plane non rejicio; sed hoc optarem ex animo, ne nudis specificorum fidatur nonminibus, & ut omnia illa Specifica ita ratione qualitatum suarum enodata prostarent, ut cum illis, quæ Veteribus audiebant specifica & hodie vix eo nomine digna censerentur, ipsa specificorum nomina deperderent.

I X.

Præter illa omnia considerata ex idiosyncrasia quadam, ut vocant, ægri non ferunt remedia & ipsorum effluviis ita lœduntur, ut solo odore in graviores paroxysmos incident. De moscho, ambra, liliis in vulgus notum, quam perniciösus illorum odor sit nonnullis feminis. Camphora, quæ in affectibus hystericis haud ignobilis, noxia fuit ex singulari aversione apud Thonorum (a). Rosarum (a) Obsér-
odorem plurimis gratissimum, adversum quibusdam leges apud vat. 2. lib.
Tacchenium (b). Aliis cinamomi odor est infensissimus, aliis crocus (b) in clavi
ita molestus, ut insciis ægris parva dosis exhibita maxime nocuerit; p. 274.
aliis absynthium valde adversum fuit; ut interdum ad medicamenta
haud immerito applicari possit, quod de cibo & potu nos docuit
Hippocrates (c): *Pauo deteriorem & potum & cibum, suaviores tam
men, melioribus quidem, sed insuavioribus præferendum.* (c) Aphor.
ii. 38.

X.

Et hæ noxae sunt, quæ ex viribus vel qualitatibus medicamentorum vel ignoratis aut minus recte consideratis & attentis profluent; non minores tamen adhuc perpetrantur ex mala eorumdem applicatione; Sive absque selectu & varia una vice exhibeantur, sive in quantitate ipsius medicamenti vel nimia aut non sufficienti peccetur, sive tempore haut convenienti dentur, sive vehiculum debitum & similia eo modo, quem experientia & ratio demonstrat, negligantur. Sicuti autem assumtorum alimentorum varietas morbo-

rum mater est, ita in medicamentorum usurpatione quam s^æpissime pejoris ægri status & ipsius quandoque mortis præludium. Nescit enim ægra constitutio medicamenta ita eligere, ut, quod noxiū in illis exspuat, sed à multitudine non raro obruitur; unde s^æpius hodie plus uno Simplici proficimus, quam centum inter se mixtis remediis ante s^æcula præstabant Veteres. Inter tot proinde medicamentorum compositiones, si à Theriaca, Mithridatio, aliisque paucis hoc modo commixtis discesseris, reliquæ publica utilitate vix dignæ censemur; imo & ipsam Veterum Theriacam nonnulli vel plane rejiciunt, vel ad modum Recentiorum emendant. v. de Theriaca Danica Simonem Pauli.

X I.

Quantitas medicamentorum sive excedat, sive deficiat, utraque noxia est. Rarius tamen in defectu peccatur, quam in excessu; quamvis non desint exempla, quibus minorem medicamentorum dosin fuisse noxiā probetur. De purgantibus quibusdam verum est, quod de universis vulgus sibi persuasum habet, ea corpori damnum inferre, nisi effectum suum in expellendis per alvum humoribus commonstrent. Et revera interdum nimium s^æpe timidi sunt illi Medici, qui in Illo purgantia in parva dosi exhibent, aut mercurium cum Hartmanno (a) ad scrupulum deglutiendum præ-

(a) Prax. scribunt. In hoc enim casu, ubi mercurius pondere suo viam debet chymiatr. facere, illam non inveniet, nisi ad libræ dimidium una vice eum c. 47. absorbendum suaseris; quemadmodum experientia testatur Mariani.

(b) Cap. Sancti (b), qui in aqua calida libris tribus Mercurii vivi exhibitis de Colico ileum feliciter solvit, quem in colico dolore imitatus est Paræus.

(c) lib. 2c. (c). In contrarium autem peccant, qui, ubi mercurius pro salivatione, sive interne, sive externe suadeatur, humoribus præ visciditate ad ptyalismum non dispositis, indies tamen inunctiones continuant, aut internas quoque doses, & ex hoc continuo quantitatis successu & excruciant ægros & periculosum tractant opus aleæ. Quam frequenter enim contingit, ut deinceps sanguine per sudorifera & lignorum decocta resoluto ægri tam copiosam salivæ patiantur effusionem, quæ nullis fere remedii cohiberi valcat. Eodem-

pariter

pariter modo purgantia excedunt, si quis non perspecta satis ægrotantis constitutione omnibus ægris eandem purgantium dosin & quidem maximam semper assumendam injungit; unde non raro hypercatharses, convulsiones & alia gravissima symptomata alia subsequuntur. Ita ex assūmto pilularum Rudii scrupulo cholera notavit Lossius (d), ex helleboro albo Galenus (e); de resina jalapii (d) Obs. ubivis sere conqueruntur æ gri, quam ad xx & plura grana nonnulli xvi. l. iii. in omnibus exhibent & quandoque nulla subsequente noxa. Imo (e) comm. nec xxv grana nocuerunt ejusmodi subjecto, quod plurimis pri- in Aphor. marum viarum scatebat cruditatibus. Nunquam tamen cuiquam autor ero, ut similem dosin tentet in omnibus; quippe eadem biliōsum corpus in summas præcipitabit molestias, quæ hypochondriaco impune cessit; non quod dosis etiam in illis tanta exhiberi debeat, sed quod propter humorum visciditatem medicamentum vires suas non exeruerit. Tutius itaque ad pauca grana datur, eaque ita extra corpus præparantur & solvuntur, ut à sero nostri corporis humore melius subigi valeant & parva illa quantitas, magis tamen diffusa & disjuncta plures intestinorum glandulas afficiat. Hinc, ubi in pulvere datur radix ipsa, Experti Practici grosso tantum modo eam contundi imperant, ne scilicet resinosa jalapii pars, tenuissimâ pulverisatione à terrestribus suis particulis magis libera, separetur à sero nostri corporis & ita, propulsâ terrestri parte, extricata resina rugis ventriculi & intestinorum adhærens tormina & hypercatharses inducat. Non contemnendum itaque illud Wil- liisi (f) erit consilium, ut, quibus longævit. & sanitas curæ sunt, (f) Phars. Empiricos pharmacia fere tantum mercuriali aut elaterio utentes cane mae. rat. pejus & angue devitent. Simili modo nimia plurimorum aliorum P. I. p. 61. remediorum dosis sua habet incommoda & sèpe dosis exacta & ratione morbi & indicationum non excedens ventriculo gravis est; quem cum Boni Practici respiciant, hac de causa Salis thermarum, tartari vitriolati, aliorumque acriorum medicamentorum doses vel per vices exhibent, aut magna juscui quantitate dissolvunt & ita vehiculo debito efficiunt, ne ea Cardialgias, ventrisque tormina inferant, sed magis accepta ægrotorum gustui evadant & usu siant gratiora. Ni- mium vero illi palatis ægrotantium blandiuntur, qui in saccharo- potissimum medicinæ gratiam querunt & dum ita dulcedini stu-

14 D I S S E R T A T I O M E D I C A

dent, ipsas medicamentorum vires obtundunt & inviscant; imo
sæpius noxam inferunt & ita amarum usque ad satietatem oggerunt,

(a) Præxeos lib. i. c. 34.
§. 100.

ut recte moneat Sylvius (a) in pituitæ glutinosæ correctione plane à
saccharo & saccharatis esse abstinentum. Non prætermittam hic loci
illam quoque medicamentorum noxam, quam plurimi sani & bene
constituti in nimia sui corporis præservatione vel potius destruc-
tione committunt. Illi enim de sui conservatione nimium solliciti co-
tinuo se egere medicamentis arbitrantur, eorumque necessitatem ali-
mentis in assumendo parem existimant; & hinc alii singulis diebus
corpus vexant aloëticis pilulis, Francofurtensibus & similibus,
quarum abusu ita sæpe alvum vitiant, ut ea nunquam posthac nisi
medicamentis incitata suo respondeat officio. Falluntur enim, qui
omnes illos humores, quos catharticum educit, pravos esse, corpo-
riique graves existimant; Sæpe, inquit Helmontius, purgantia non in-
veniunt humores, quos educunt, sed faciunt. Sunt illi firmis
servandi, cavendumque, ne in secunda valetudine adversa præsidia con-
sumantur

(b) Celsus lib. i. c. 1. (b) Quam multi optime sese habentes annuo acidularum
usu corpus disturbant & ventriculi tonum deltruunt? (c) ut alii
(c) Sebizius de usu & abuso aci-
dularum. (d) Celsus l. c. (c) nimio Coffi Theræque potu eundem stomachi tonum relaxant; nec
desunt, qui Theriacam aliaque calidiora ita sibi faciunt familiaria, ut
ægrotent, nisi illis corpus suum reddant delibutum. (d) Sanus ita-
que homo, qui & bene valet & suæ sponte est, nullis obligare se debet
legibus ac neque Medico neque Iatrolipita egere.

X I I.

Supereft adhuc temporis consideratio, quod non parum in
morbis medicamentorum variat applicationem. Non autem illud
ex Astrologia definiendum judico, cum perinde sit, an in opposi-
tione benignorum planetarum, an in quadrato, an in conjunctio-
(e) in Viri- ne exhibeat medicamentum; nec immerito ridet Forerius (e) illo-
dar. Phil. rum Medicorum nugas, qui anno bissextili vertente aquarum therma-
lium potum exitialem esse astruunt, veluti arbitrarium Julii Cæsar is in-
stitutum hanc imprecationem simul involvisset. Majorem usum in arte
habet illa temporis consideratio, quo morbi principia, incrementa,
status

status & declinatio, ipsæ denique horæ convenientes ad medicamenti usum definiuntur. Hinc enim non raro peccant, qui in progressu inflammationum applicant adstringentia & vulgo dicta repellentia, qui in ipso statu validiora tentant remedia, qui crises morborum turbant & vel inconvenienti purgante aut sudorifero naturæ conatum impediunt. Nec exactam temporis rationem illi servant, qui diuretica & sudorifera cum cibis miscent, aut fortiora purgantia ante vel brevi post coenam assumenda consulunt, quo abusū nonnulli brevi tempore post summos perpessi sunt calores, nec pauci ad hec tunc marcorem fuere dispositi. Satius itaque est, ut, qui cunque medicamentis utitur, corporis sui rationem habeat & vel ipsum differat medicina usum, vel potius ipsis negotiis, quæ diurnum medicamentorum usum interdicunt, utendi commoditatem præferat. Quoniam autem tempore utrumquodvis medicamentum de die exhibendum sit, brevi horario docuit Petrus Castellus in libello suo de visitatione ægrotantium. Ubiunque autem necessitas exigit; ibi nulla prorsus rejectio in aliud tempus invenit locum, & uti procrastinatio ab omni arte aliena, tum vero maxime in Medicina est, in qua dilatio vite periculum affert. Temporum autem opportunitates curationum sunt animæ. (a)

(a) Hippocrat. in epist. ad Cratevam.

X I I I.

Eodem prorsus modo Chirurgicorum remediorum nomine examinari poterunt, quemadmodum ex ipsa morbi ignorantia herniæ pro bubonocele, tumor spinæ bifidæ pro carbunculo pessime & funesto cum eventu tractantur; ex neglecta effectus cuiusvis remedii consideratione, cauteria non consideratis symptomatis, quæ ignis inducit, in articulis, velut ossiculorum tarsi juncturis, alibi, sæpe convulsiones & mortem inferunt: ex ipsa denique mala applicatione accedit, ut loco ossis in dolore ischiatico interossea cavitas & abdomen ferro ignito perforetur; ut in venæsectione loco venæ nervus pungatur, veluti exempla Regis Galliæ apud Paræum (b) & ægroti illius ex ranina se. c. 38. Et in epilepsiam incidentis apud Bonnetum (c) satis compro-
monstrant. Plura de Phlebotomia abusu evitando annotarunt ptentia.

Botal.

Botallus de curatione per sanguinis missionem, Jessenius à Jeffen, Portzius in dialogo sua, ubi Erasistratum, Helmontium, Galenum & Willisium de missione sanguinis introduxit loquentes. In genere autem noxæ omnium remediorum & medicamentorum notarunt Joubertus de error. popular. Primerosius de erroribus vulgi, Septalius in cautionibus medicis & Joannes Rhodius in Analectis, ex quibus non sine legentis utilitate plurimæ medicamentorum noxæ hauriri poterunt. Non paucas etiam ubivis oggerent exempla Empiricorum & aliorum, qui vel artem medicam tractare nesciunt, vel ubi adversa utuntur valetudine, ipsis Medicorum dictis non auscultant. Omnes illierrores, si non ex invidia, sed artis præceptis dijudicentur, nos instruent & edocebunt optime illa, quæ evitare oporteat. Tutius enim est ex aliorum exemplis colligere, nobis quod ex usu sit, &, ut cum Celsio loquar, *farcius per misericordiam discere, quod alii dira crudelitate cognovere.*

SOLI DEO GLORIA.

